



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniuersæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

7. De modis, quibus Beneficia amittantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

Secl. II de Benef. Recept sententia. 41

in cap. cum in cunctis de elect. Tria requiruntur, ut quis beneficio curato dignus censetur, nempe *etas* conueniens, *probitas* morum, ac debita *sententia*. Et ipso iure suspenduntur ab electione, pro illa vice, eligentes indignum, & triennio a suis beneficiis. Filiuc. *trakt. 4. c. 4. qu. 7. Lelli. l. 2. c. 34. dnb. 12. cap. Graue nimis de prebend.*

37 *Quingue in casibus licet beneficia digno conferri, praetermissio.*
Licetum est in quinque casibus praetermissio digniori, digno conferre beneficium. Primo, si Patronus laicus praesentet dignum, huic debet conferri si vero beneficium curatum, & Patronus Ecclesiasticus, tunc dignissimo est dandum, *cap. Monasterium. 6. q. 7. Tridentin. sess. 14. c. 18.* Secundo, si beneficium sua institutione dandum sit alicui ex certa familia, vel oppido, vel si Canonum decreto sit eligendus a quibus ex Clericis eiusdem Ecclesiae, tunc apostolico inter eos dandum est, non aliis etiam aptis, *cap. Nullus. cap. obitum. dist. 6. 1. Conar. Reg. peccatum p. 2. §. 7. Synod. 2. 2. q. 63. 4. 2. questio. 4. c. 3.* Tertio, si aptiores reuerendi tunc beneficiis parochialibus, eo quod pauci bene idonei ibi repertantur, tunc beneficia sine cura quamvis optima debent minus dignis conferri. Filiuc. *trakt. 4. n. 176. Lelli. l. 2. c. 34. n. 59.* Quarto si plures sunt electores, & paucorum suffragia in dignissimum inclinent, tunc si meum suffragium nihil esset dignissimo profuturum, ut non eligatur indignus, vel minus dignus: teneor, omisso dignissimo, conferre illud in digniore, vel saltem in dignum. Filiuc. *trakt. 4. n. 176. Diana p. 3. r. 5. resol. 110. Lelli. l. 2. c. 34. n. 60.* Quinto denique, resignans in fauorem alterius, satis est, ut quareat dignum, & sic fert recepta consuetudo quia cum resignans non sit distributor, si iure percutatur in fauorem resignans, potest cuiusque digno uoluerit. Diana p. 2. r. 1. resol. 4. citans Reginaldum, & Malderum.

38 *Beneficia infrenda dignissima.*
Electores, praesentatores, & collatores semper tenentur quantum in ipsis est, procurare, ut dignissimis beneficia conferantur quia primario instituta sunt ad cultum Dei, & Ecclesiae utilitatem: secundario ut sint praemia virtutis: si omittitur dignior, contra utrumque sine modo elinquetur. D. Th. 2. 2. qu. 63. a. 2. & 7. 185. a. 3. Nauar. *ad cap. si quando, de rescript. except. 16. n. 10.* Unde in beneficiis curam animarum habentibus, vel aliam magni momenti in Ecclesia finem ouem, eligere, postulare, aut praesentare dignum; omisso digniore, qui in promptu adest, est lethale peccatum omnia qui digniorem omittit, agit in re gratia contra fiduciam ex officio Ecclesiae debent. Trident. *sess. 14. c. 1. Conar. ad Reg. peccatum p. 2. §. 7. Filiuc. trakt. 4. n. 178. Lelli. l. 2. c. 34. n. 64. Azor. p. 2. l. 6. c. 15. q. 1.*

39 *Papa & Reges non tenentur, digniores eligere, nisi in promptu sint.*
Qui habet ius conferendi beneficia per promotionem, ubi, ut iunt Papa, & Reges, non tenentur digniores eligere, nisi in promptu sint, sed sufficit eligere dignos, quia alioquin sepe tenentur, ut digniores quareat, quod a summo praesentat, & a Regibus duorum esset exigere. Reginald. l. 50. n. 179. apud Dian. p. 2. r. 1. resol. 40.

40 *Quid in beneficiis simplicibus.*
In beneficiis vero simplicibus, ut canonicatibus, capellanis, & aliis praeter dicta, non censetur peccatum mortale, semel aut bis praetermittere digniorem, eligendo dignum si vero passim fieret nullo delecto, ut digniores assumantur, lethale quidem esset. Quia quod semel vel iterum dignior praetermittatur in huiusmodi beneficiis, non censetur notabile, & Ecclesiae incommodum; paucorum enim meritis poterit aliorum integra sufficiens compensari (scio a doctis absolute censeri peccatum lethale nunquam esse, si in huiusmodi beneficiis, quae curam animarum non habent, dignus, relicto digniore, assumatur, de quo *secl. 2. Nauarra 2. de rescript. c. 2. n. 148. Sa v. Beneficium n. 42. Azor. 2. 2. q. 63. a. 2. Angel. v. Electio. n. 20. Lelli. l. 2. c. 34. n. 66.*

41 *In beneficiis ane dantur per concursum mortale est cum obligatione restituendi, digniorem omittit.*
Profecto in beneficiis, quae per oppositionem, & in concursu dantur, digniorem omittere, lethale est cum obligatione ad damni restitutionem, prudentium iudicio, quia tunc dignior habet ius strictum ex Trident. *sess. 14. c. 8.* & aliquorum Canonum lege: ergo si illi iniuria. Attamen debet esse talis notabiliter dignior arbitrio prudentium. Nauarra. *sum. c. 17. n. 74. Lelli. l. 2. c. 34. n. 75.* In aliis vero beneficiis non est agenda restitutio, quia dignior non habet ius strictum ad illud, sed largum duntaxat, consistens solum in maiore aptitudine, unde non fit ei proprie iniuria. Si autem beneficiarius idoneus non sit, tenebitur is, qui procurauit, ad restitutionem, non quidem dignos, sed Ecclesiae, quae debito ministro caruit, vel etiam damnum accepit. Quod si nullum damnum accepit, ad nihil auctor tenebitur. Conar. *ad Reg. peccatum p. 2. §. 7. n. 7. Sotus l. 4. de iust. q. 6. a. 3. Filiuc. trakt. 4. n. 185 & 184. Nauarra. c. 17. n. 72. Lelli. l. 2. c. 34. n. 76.*

CAPVT VII.

De modis, quibus Beneficia amittantur.

42 *Beneficium amittitur per mortem naturalem, aut civilem. Et per aliterius incompatibilis affectuacionem.*
Xuris dispositione quatuor ex causis beneficium amittitur. Prima est sine delecto beneficiarii, nempe per naturalem ipsius obitum, per mortem civilem, id est, per ingressum & professionem expressam, vel tacitam in approbata Religione emissam: & per matrimonium validum, licet consummatum non sit. *cap. beneficium, de reg. in 6. Lelli. l. 2. c. 34. n. 187. Layman. l. 4. r. 2. c. 17. n. 1.* Per matrimonium vero inualidum, non priuatur ipso iure contrahens, sed priuandus est per sententiam. Secunda amittitur propter alterius beneficii incompatibilis affectuacionem. Azor. *p. 2. l. 7. c. 16. Paris de resignat. l. 1. q. 6. n. 118.*

43 *Ex per unum quoque ex quatuor delictis.*
Tertio amittitur ipso iure ob crimina sequentia. Ob haeresim, nec prodest triennis possessio. Ob schisma. Ob episcopi Cardinalis percussione. Ob homicidium qualificatum, nempe per sicariu pretio conductu. Ob falsificationem litterarum Apostolicarum. Ob sodomitam saepius exercitam. Ob Reclitoris vel alius clerici Ecclesiae, in qua beneficium adeit, per se, aut per alium occisionem. Ob acceptum aliquid ab examinatore pro examine ad parochiale. Si obtinens Episcopatum, non accepit consecrationem intra tres menses a pacifica possessione, si ob mens Parochiale non fuerit promptus ad sacerdotium intra

anum. Si quis duo incompatibilia primi generis simul retinere praesumpserit, abique dispensatione, amittit etiam secundum, si Praelatus, vel administrator bona ecclesiae, vel Monasterij alienet abique fortia à iure praescripta, vel Romano Pontifice inconsulto. Denique si quis vi potestione in fuerit ingressus. In his, ac similibus casibus, ubi haec iura non sunt vltro abrogata, beneficium impetrari potest tanquam vacans: sed crimen est probandum. Ipse tamen beneficiarius non tenetur sua sponte ante sententiam beneficium dimittere. Azorius p. 2 l. 7. c. 17. Lessi. l. 2. c. 34. dub. 34. Filliuc. tr. 4. num. 15. Laym. l. 4. tract. 2. cap. 17. à num. 1.

44. Quod vacare potest per iudicis sententiam: Propterea ob quinque crimina meretur quod per iudicem suo beneficio privari. Primum est, quia non residet. Cap. congruente de Cler. Secundum, si sit homicida. Cap. Clericus, ne Cleri. vel. Tertium, si sit publicus concubinaris. Trident. sess. 25. m. 14. Quartum, si sit perjurus. Cap. Querela de iur. iur. Quintum, si blasphemus in Deum, vel sanctos. Cap. si quis per capillum 22 q. 1.

CAPVT VIII.

De pensione.

45. **P**ENSIO est ius certa ad tempus exigenda vel soluenda portionis ex determinato beneficio, aut à beneficiario Ecclesiasticum beneficium posquo à beneficiario. Differt à beneficio maxime in duobus. Primum, quod pensio sit pars quaedam iuris beneficii aliam redditum alteri constituta, & designata. Secundo, quod beneficium in perpetuum multorum vltum suapte natura constituitur: quomobrem morte, vel renunciatione beneficiarii vacat, & alteri conferri debet: pensio autem ad tempus decernitur, ita vt vel renunciatione, vel morte pensionarii omnino finiatur, sicuti usufructus usufructuarij morte. Azor. p. 2 l. 8. c. 5. q. 1. Sylui. 2. 2. q. 100. d. 4. com. 1. Lessi. l. 2. c. 34. dub. 37. Filliuc. tr. 4. 2. n. 2.

46. duplex est pensio Laica & Clericalis. Laica duplex est dicitur, quae ob aliquam temporalem causam constituta, laico etiam competere potest, vt Clericalis, quae datur Ecclesiae Oeconomus, Cantor, & Parrono, Defensori. Clericalis vocatur quae solis Clericis conferitur. Hae rursus est duplex, vna simpliciter spiritualis, quae Clerico ob spirituale ministerium datur, vt concionatori, Parochi Vicario. Altera media, siue mixta, quae in Clericali statu fundatur, tamen non ob spirituale ministerium conferitur, sed ob aliam causam, eamque vel lucrosam, vt quae Clerico panperi, vel parocho seni, oco alimentorum assignatur; vel onerosam, vt quia aliquis lite beneficiaria cedat; vel quia beneficium alteri resignat, seruata sibi aueritate Episcopi, pensione: vel quia beneficium suum cum altero teniore permutat. Bonac. de simon. d. 1. q. 4. §. 13. num. 1. & 2.

Filliuc. tr. 4. 2. n. 5. & 6. Azor. 10. l. 8. c. 3. q. 5. Tolet l. 5. c. 82. Laym. l. 4. tr. 2. c. 18. n. 2.

Nullus potest de iure communi pensiones imponere, nisi summus Pontifex in certis tamen casibus, consuetudine iam praescripta, & ex iusta causa Episcopi eam constituere possunt. Primum, si assignetur seni Parocho non valenti amplius deferuire, vt alatur. Secundum, si causa transactionis in lite. Tercio, si causa permutationis ob fructuum inaequalitatem. Causa vero simplicis resignationis Episcopo id non conceditur, nisi resignans esset senex, & ad praestandum officium incipit: vel nial qua rationabilis causa interveniet. In his vero casibus non potest eam constitucere nisi ad vitam eius, cui assignatur: obligatio tamē pensionis solvenda ad successores tranhit, quantum pensionarius est superites. Nuar. l. 5. consil. 2. 2. num. 4. Laym. l. 4. tr. 2. cap. 18. num. 5. Filliuc. tr. 4. 2. n. 3. Sum. 1. de Relig. l. 4. cap. 24. n. 37. de Pension. n. 5.

48. Possunt etiam legari a laice, eodem modo, quo Episcopi pensiones imponere: nec sepe requiritur causa iusta, hoc est, quia sit ex iustis debito, requiritur tamen semper iusta, id est, aequa, & rationabilis in ponente. Quinimo vt inferior summo praesuli valide pensiones imponat, debet semper causa iusta intervenire, id est legitima, qualem scilicet leges praescribunt, quae in Pontifice, cum sit supra legem, non requiritur: tamen in eo iusta, id est, rationabilis, vt non peccet imponendo. Vnde pensio ex falsa causa concessa nulla est, si fuit iniusta, & principalis: sicut si impulsio solum & mere acceptio. Azor. 10. l. 8. c. 6. q. 2. Filliuc. tr. 4. 2. n. 6.

Summ. Praeuius respectu hand datur exceptio pensionum non habitum ad pensiones: sed omnibus personis am veris, quam si quis possit ab illo conferri, vt forminis, infantibus, irregularibus, &c. Regulariter tamen inhabiles sunt ad pensionem obtinendam, Clericalem praeterea, quicumque sunt inhabiles vel absoluti, vel durante impedimento, ad Clericalem statum: & qui habiles non sunt ad officium recitandum. A pensione vero laicali nulla persona lege posita excluditur. Flam. de confid. q. 2. & 27. num. 167. Azorius p. 1. secund. l. 8. cap. septim. quaest. 12. Gracia de benef. p. 1. c. 5. n. 134.

49. Pensionarii accipe obligationes. Sine causa pensionem exigens tutus est in conscientia, si pensio sit à summo Praesule imposita: si vero ab inferioribus, non potest illam exigere. Tenetur tantum paruum deipare officium recitare: quod si illud omittat, fructus suos non facit, & ad restitutionem tenetur. Debet pro rata pensionis solvere onera superna: nientia beneficii fructibus ab eo, qui potest imponere, nisi pensio sit reservata libera, & ab omni onere exempta; tunc enim tantum titularis ad illa tenebitur. Obligator denique ad tonsuram, & habitum Clericalem ex constitutione Sixti V. si pensionem exigit, & pensio exaginta excedat. Filliuc. tr. 4. 2. n. 1. & 2. Nau. 1. c. 2. §. n. 122. Gracia de benef. p. 1. c. 5. n. 14.

Ad quatuor piacula reducimur, quae in materia pensionis possunt committi, nempe ad in materia in iustitiam, in iustitiam, in iustitiam, & in iustitiam. Contra iustitiam itaque potest rursus passim committi.